

Oraciones con Gerundio

1. Sp. Cassius et M. Manlius, propter suspicionem regni appetendi, sunt necati.
2. Ver adulescentiam significat: reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt.
3. Etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum.
4. Caesar multis de causis statuit Rhenum sibi esse transeundum.
5. Discipulis Pythagorae per quinque annos tacendum erat.
6. Dux milites cohortatus proelium committendi signum dedit.
7. Multa discendo hominis mens alitur.
8. Epaminondas studiosus audiendi fuit.
9. Themistocles e civitate ejectus Argos habitatum concessit.
10. Imusne sessum?
11. Pleraque dictu quam factu sunt faciliora.
12. Pythagoras Babilonem ad perdiscendos siderum motus profectus est. Inde Cretam et Lacedaemonia ad cognoscendas Minois et Lycurgi leges contendit.
13. Comitia consulibus creandis habuit Ti. Gracchus.
14. Carvilius consul aedem faciendam locavit.
15. Caesar legatis imperat uti quam plurimas possint naves aedificandas veteresque reficiendas curent.
16. Captivi vobis custodiendi relinquuntur.
17. Ratio et oratio docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines.
18. Bocchus legatos Romam miserat foedus et amicitiam petitum.
19. Hortensius ad Terentiam salutatum venerat.
20. O rem non modo auditu foedam, sed etiam visu!